Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6898
Copyright: Wien, Dominikanerkonvent



pecunijs. in solicitandis litibus. in excolendis possessionibus. ⁊ in alijs innumeris. que ipsos vagos reddunt. ⁊ ab oratione deuotione. ⁊ summi dei ꝯtemplatione auertunt. se occupant. Nempe tales muscis similes sunt. que ob earum inquietudinem modo super vnū hominem residēt modo super alium volitant. modo adire oculos. modo os intrare. modo ꝑ nasum etiā imperatorum discurrere. ⁊ singulos importune molestare non desinūt. eo pacto inquieti homines nunc illum scandalisant. nunc illum verberant. nunc cū illo litigant. nunc illum derident. nunc illum irritant. nunc vnum. nunc alterum offendere non desistunt. Ob eas res apostolus Paulus thessalonicenses rogat. vt dare operam velint. vt quieti sint. Ampli⁹ iure de corripiendis inquietis expressaꝫ beatus Augustinus fecit mentionē. quoniam hoc genus hominū om̄es detestant̄. Apud em̄ romanos sicut virtus ꝑ quandam excellentiam habebatur constātia. sic econtra leuitas habebatur ludubrio. Perinde a marco tullio in preclarissimo officiorum volumine putatuꝫ est. nihil esse patiētia cum constantia iuncta laudabilius arbitrandū. Et in sacris litteris extolluntur iusti. Quoniā steterunt in magna constātia aduersos eos qui se angustiauerunt. Econtra mali ⁊ pessimi leues describuntur. Hinc primus malus post adam. Chaym vagus in geneseos libro nuncupatur. Dyabol⁹ quoqꝫ circūire terram ⁊ perambulare eā in libro patientissimi ⁊ constantissimi viri Job dicit̄. Hieronimus quoqꝫ Augustin⁹ ⁊ Benedict⁹ quartū genus monachoꝝ scilicet circuncilionum pessimū dixerunt. Salomō itē in prouerbijs inter sex que odit dominus pedes veloces ad currendum in malum connumerat. Et rursus. mulierē in meretricio ornatam p̄paratam ad decipiendas animas garulam ⁊ vagam quietis. impatientē. nec valētem in domo consistere pedibus suis. Quinūno nunc foris. nūc in plateis. nunc iuxta angulos insidiantem appellat. Et Esaias ait. Abijt vagus ſm impetū cordis. Hieremias vero populū diligētem mouere pedes suos asserit deo non placere Hi similes sunt plante pedis vituli. quem Ezechiel in visione aspexit. que propter eius scissuraꝫ facilis ē ad motum Similes sunt imbribus ⁊ procellis. quoniam non modo in malis operibus impellunt per importunitatem. ⁊ balneant per infectionis aquositatem. ſꝫ etiam in bonis q̄m celerrime deficiunt per leuitatem ⁊ violentiam. Inde etiam fit. vt asinis pares sint. quorum. vt vulgo dicitur. neqꝫ sunt diuturni sucussus. pares sint in aere venantibus. vbi cum nulla sit firmitas. nequeunt rhetia tendere. Hi nanqꝫ in ethere excelsa palatia fabricant. arces inexpugnabiles condunt. mōtes trāsferunt. flumina vertunt. equora per stultas ⁊ inanes cogitationes exhauriunt. iure igitur tales stulti sunt ⁊ expertes prudentie. Nanqꝫ ceu ab Aristotile philosophorum principe preclare dictū est. Anima sedendo ⁊ quiescendo fit prudens. ita ecōtra necessario fit. vt immoderatus discursus. vagatio ⁊ inquietudo animā reddant insipiētem. Nec obuiat q̄ pythagoras. Plato. Appollonius. ⁊ alij complurimi viri doctissimi atqꝫ sapientissimi innumeras mūdi plagas peragrauerint. quoniam non hi vt vagi fierent contendebant. sed vt ad locum tandem deuenirent. in quo quietius doctorem audirent sapientie. Neqꝫ hanc oppugnat sententiam. Quoniam Paulus vas electionis. ⁊ pleriqꝫ om̄es apostoli vniuersum perlustrarunt orbem. Quoniam non vt vagarentur. sed vt precones essent christi nominis. ⁊ non dimissa contemplatione in omnem terram exiret sonus eorum. missi sunt. Sed quibus non est datum euāgelizandi officium. si in contemplatione quiescunt. ⁊ meritis ⁊ preconijs sunt p̄stantiores. Hinc laudatur Beniamin ⁊ filius virtutum ⁊ domini amentissimus interpretatur. Quoniam tota die in thalamo superna ꝯtemplans morabat̄. Hinc Johannes baptista extollitur. Quoniaꝫ iuxta fluenta iordanis stabat penitentiam agens. Inde ⁊ stans in scriptura dicitur Huic beata dei genitrix magnificatur et quietis vocatur amatrix. Quoniam in secreto angelus eam repperit orantem. cū ad annunciandum filij dei incarnationē ad eam ingressus est. ⁊ cum ad visitandā Elizabeth cognatam suam se contulit mansit apud illam tribus mensibus. non